



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XXX. De Confirmatione utili vel inutili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

injuria concurrente à Principe illata, sed arguente judicis calliditatem, ejusque subreptionem aut obreptionem commissam in causa relationis, l. 1. §. 1. D. eod. Relationes istæ ante sententiam postea prohibita sunt jure novissimo, *Auth. novo jure C. h. t. ubi causa examinata sententia est terminanda*, & executioni mandanda, nisi ab ea appelletur. Consultationes, quæ fiunt ad Principem à judice, ante litem inchoatam dubitante, non sunt sublata.

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

SUMMARIUM.

1. Romipeta appellantes sunt sub protectione summi Pont.
2. Modo integra adhuc sit res.

Appellationis instar est, Romam versus iter arripere, appellationis interponenda causa: ut hac via bona eorum in patria relicta constituantur interim in protectione Rom. Pontificis, eaque in causa nihil sit innovandum, & quod attentatum fuerit, revocandum, c. 1. h. t. * Et hoc, quatenus res integra, nam si præventus fuerit per citationem, etiam solam, Judex in causa procedet, c. 9. sup. de appellat. Ut generaliter, ad subreptum fugiendum coram aliquo ceptum negotium, in jus vocato nihil prodest, quod postea alterius fori esse coeperit; ut in ea causa jus revocandi domum non habeat, l. 7. D. de judic. ubi enim judicium acceptum sive susceptum, ibi finem accipere

debet, l. ubi acceptum 30. D. h. tit. Deinde post citationem, non tam gravaminis depellendi quam frustrandi judicii per malitiam, cui non deferendum, videtur iter arripuisse.

TITULUS XXX.

De Confirmatione utili vel inutili.

SUMMARIUM.

1. Confirmari à superiore qua soleant.
2. Confirmatio utilis & inutilis qua dicatur.

Confirmari soleat à superiori ad majorem securitatem contractus, c. 2. sup. de Paet. arbitria, c. 7. h. t. electiones, sup. de elect. collationes, c. fin. h. t. administrationes concessæ, c. 5. h. t. sententiæ, c. 3. h. t. * Confirmatio si valeat, dicitur utilis, nec inferior judex ei contravenire, aut de ea judicare potest. Inutilis erit, si contineat aliquod vitium subreptionis: debet enim suffragari veritas, & debent preces citi veritate, secundum dicta superius, ad tit. de Rescriptis. Inutilis erit etiam, quæ sententiam contra formam communem Juris latam confirmat, d. c. 7. h. t. quod subsit conditio, quatenus providè lata. Sic & collati beneficii confirmatio censetur facta, quatenus juste possidet impetrans, c. 5. inf. de possess. praben. & privilegii aut administrationis confirmatio nihil novi juris dat, sed quod competeat conservat, c. 4. h. t. Ita tamen hæc vitia obstant nisi ex certa scientia Pontifex actus defectum suppleverit, c. 1. sup. de transact. Vide Rebuff. in Praxi benef. tit. de nova provisione.